

Albert. Mag. D. Thom. chafius, Albertus Magnus, S. Thomas hic, & D. Bonaventura in cap. 5. Luc. Optime praevidebat Dominus, quod Pharisei hoc factum erant calumniaturi. Dicebant, quod cum publicanis, & peccatoribus manducat. Deinde exprobrantes dicebant, Ecce homo vorax, & peccator vini, publicanorum, & peccatorum amicus, Matth. 11. num. 19. quod ponderans Chryostom. citato loco, ait, omnia haec dispiciebat, scilicet Christus, ut ad finem operatum perveniret, nempe ad conversionem hominum, ut eos alliceret, ac attraheret ad se.

Secundò, Victor Antiochenus in cap. 2. Marci. Is qui illum in discipulorum numerum cooptaverat, nihil profus cunctatus, statim in domum illius ingreditur, in qua praeerat unam patris familias penitentiam, nihil profus boni comperit. Neque ob id succenset, aut quod acciderat, probro obiectat, verum tanquam naturae Dominus, ad convivium ingressus unam cum ceteris comedit, & bibit, neque oblatam interim beneficiendi occasionem negligit. In quibus verbis multa sunt adnotanda. Et primò, In qua praeerat unam patris familias penitentiam nil profus boni comperit. Hoc sanè multum ponderandum.

Matthaeus erat valde dives, ut est communis sententia, & cum illa domus esset sua, sine dubio magna, & ampla erat, & inde tam solemnibus pretiosis tapetibus adornata, convivium magnum tum ciborum copia, quam valorum multitudine, quae ex aestimabili metallo, auro, & argento erant confecta. Quomodo ergo dicitur, quod praeerat unam patris familias penitentiam, nihil profus boni comperit. Quamvis illa, quae numeravimus, astantium aspectui, utpote ornamenta externa viderentur bona, tamen Christi oculis omnia illa vilescerant, nam eis nil bonum, & pulchrum appareret, nisi sola interna virtus, ac iustitia; unde inter aurum, & argentum praeerat Matthaei penitentiam nil boni contemplantur Christus. Secundò, Neque ob id tamen succenset, aut, quod acciderat, probro obiectat. Quamvis caetera omnia praeerat Matthaei penitentiam, ei displicerent, non tamen inde irascitur Dominus, sed dissimulat, quia magni principis est aliquando dissimulare, ut multa in melius valeat reformare. Tertio, & ad nostram quaestionem, Neque oblatam interim beneficiendi occasionem negligit. Quamvis illa domus videretur parum ornata ad tantum Dominum excipiendum, tamen in eam ingreditur, beneficiendi occasiones quaerebat; & ideo hac oblatam non negligit, sed cum peccatoribus, & publicanis manducat, potius attendens ad nostrum commodum, quam ad celsitudinem suae majestatis. Vide cap. 3. num. 57. & 58.

Tertio Rabbanus, infra ad illa verba, Discipuli tui non jejunt, sic ait. Manducat Christus cum peccatoribus, ut gratiam, & potestatem intelligas. Quod dupliciter potest intelligi. Primò quod in hoc maxime ostenditur efficacia gratiae, ac potestatis Christi trahendo ad se peccatores per convivium, cum haec soleant multoties avertere homines à Deo Rom. 13. num. 13. ad Galatas 5. n. 20. Secundò, Jam Christi Domini divinitas voce Patris declarata erat in Jordane. Hic est filius meus dilectus, & testificatione Joannis: Ecce Agnus Dei; tamen, ait Rabbanus, quod manducat cum peccatoribus, ut gratiam, & potestatem intelligas. Quia degere inter peccatores, cum eisque conversari, abique eo, quod inde alicujus noxae particeps efficiaris, opus est sanè divinum, manifesta quoque pro-

batio, ac evidentia eximia gratiae, divinaeque potestatis; & ita in hoc facto praevidetur substantialis gratia unionis hypostaticae, quae erat in Christo, ac etiam habitualis gratia, quae in ejus anima inerat, aperteque ejus suprema potestas, utpote filij cunctis manifestabatur.

Quartò Abulensis quast. 50. ait, quod Christus accepit convivium tum ob honorem Matthaei, tum, ut peccatoribus fiduciam daret, nam si Dominus contemneret peccatores, ad eum accedere non audent. Quinò fecit hoc Christus ad ostendendum, quod nihil est, quod omittere debemus, quando intendimus aliquam utilitatem spirituales causare, ita Christus non indignatus est se humiliare ad manducandum cum peccatoribus, ut eos salvos faceret. Sic dicebat Paulus 1. Corinth. 9. num. 19. Cum liber essem ex omnibus, omnino me servum feci, ut plures lucrifacerem. Sextò, ut ostenderet Dominus, non esse peccatum comedere cum peccatoribus, dum tamen non communicamus eorum operibus malis; multa enim sic Christus fecit ad dubia tollenda, simili enim ratione in nuptiis voluit interesse, ut eas tamquam licitas sua praesentia honestaret, Prov. 23. nec obstat quod Proverb. 23. num. 6. dicitur, Ne comedas cum homine malo. Et Apostolus ait, 1. Corinth. 5. num. 11. Si frater est fornicator, aut avarus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. Recè respondetur cum Alberto Magno sequenti versu. quod illa, & similia intelliguntur de peccatoribus obstinatis, ac haereticis, de quibus nulla est spes emendationis, & aliquod contagium timeri potest, quod nullum dari poterat in Christo, & ex ejus conversatione cum peccatoribus magnum bonum spirituale resultabat, cum multi converterentur.

Septimò D. Petrus Chrysológus serm. 29. sic ait, Discumbat Jesus plus in Matthaei mente, quam signate: & epulabatur non cibis, sed rediis peccatoris, ut revocaret convivio collegio, humanitatis affectu, dulcissima sui confabulatione discumbente, quos sciebat posse judicis agnita potestate dissolvi. Affectabat Dominus adducere ad se peccatores, & ad hoc non exhibet judicariae potestatis signa, terrores flagella, & mortes, sed benignitatis indicia, dans dulcissima verba, ac in convivio accumbens, sciebat enim, quod judicis potestas terrore poterat; affabilitas verò allicere ac attrahere; & in illo convivio reficiebatur Christus non corporali cibo, sed peccatorum conversione. Vide supra cap. 10. num. 52. & num. 83. 84. & 85. cap. 20. num. 10.

Preme illa verba sancti Patris, Discumbat Jesus plus in Matthaei mente, quam signate. Plus discumbat Jesus in Matthaei anima, quam in ipsa mensa, non enim Dominus tam attendebat ad pretiosam suppellectilem, quam ad mentem Matthaei, magis quaerens hominem, quam illius rem; coram Samuele ponit Isai praestantissimos filios, ut ex eis unus eligatur in Regem, & quaerens Propheta, an alius superesset filius, ait Isai, Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves, 1. Reg. 16. n. 1. Sed cur Isai suum filium, qui tantum restabat, ut eligeretur in Regem, ita deprimit, ut parvulum despicabilem dicat? Totum divina providentia dirigebatur, ut fieret manifestum, quod Deus non attendebat ad pulchritudinem, ac dispositionem corporis Davidis, sed ad illius animam, plus requirens hominem, quam illius rem. D. Basilii Seleuc.

80. Chryst. Medicus fuerat putredine aegroti.

81. Publicanorum bona non omnia erant ex rapina.

82. Christus revivens omnibus poterat nisi ob suum suum premium dominum.

83. Transiens Dominus vocat Matthaeum, nam, ut dixi supra ex Chrysológus mente, non dixit Evangelista, cum staret ibi, sed transiit, & pertransiit. Non enim in limine sylvae in Evang. Tom. 11.

84. Apparuit Dominus Moyse in flamma ignis in medio rubi, Exod. 3. num. 2. quod explicans Divus Basilius Magnus in c. 6. Isai ait Incumbat Deus uno loco, ait Moyses, Vadam, & videbo visum communi hanc magnam. Quae visio tantam voluptatem ei attulit, ut inde diceret, ut notant Theodoretus & Bedae, de particularibus, Offende mihi faciem tuam, Exod. 33. num. 13. Ut ejus votis Dominus annueret, ait ei, Stabis super petram, & cumque transiit gloria mea, & videbis posteriora mea, ibid. n. 22. Quare Dominus in rubo altissima mysteria Incarnationis, ac Passionis ostendens, immobilis, ac veluti defixus in uno loco se exhibet? Quando Moyses adhuc erat in exordio perfectionis vitae: At post longa merita, multiplicataque petitiones dum Dominus transit posteriora ejus videt, vis scire hujus rei causam; perpede, in rubo erat Dominus de communi populi libertate agens. Descendi, ut liberarem populum meum. At in Sina se exhibebat Moysi, ut amico & familiari suo; cum ergo de communi populi, salute esset negotium, incumbens Dominus plantae, & stans defixus in uno loco illud peragit, ac disponit; secus verò, cum ad particulares favores devenitur, non stat, sed transit gloria Domini, sicut D. Greg. Nyss. libro de vita Moysi. Vidi respicientem lucem divinam stantem in rubo, abiecit calcios, ut facilius ad lucem accederet, & in libertatem vendicavit suos. Et post pauca, Ardet desiderio videndi Deum, & pertransiens gloria Domini, permittitur ei aspicere posteriora ejus.

85. Duo celebres Principes, Dux Josue, & Rex Josue, Ezechias maxime nobilitati sunt à Deo, appositus Isai 38. signis in sole, nam ad vocem Josue cap. 10. num. 13. stetit Sol, ad stetit verò Ezechiae Regis, in signum suae salutis, ut ei dixit Isaias capite 39. num. 8. Reversus est Sol decem lineis, per gradus, quos descenderat. Cur in utroque casu demonstrat Deus tanta benignitatis signa, & non pari in modo Sol se praebet? Cur cum Josue stat immobilis in uno loco, cum Ezechia non permanet in uno gradu, sed per decem lineas revertitur? Sol stetit, ut pro salute totius Israel gloriosam victoriam assequeretur Josue, Revertitur verò, ut Ezechias fieret certus de sua salute, ac vita: ubi causa communis intercesserat: quiescente Sole benignitatis signum exprimitur; secus verò dum de particulari agebatur, incedente primo lumine incolunitatis salus demonstratur. Vide supra e. 3. num. 275 & 276.

Seleucus Orat. 15. Cur à regis distentum gratia vocavit ad regnum: nam cognita animi mentem erubescit artem. Placet sibi Deus obstrusam in despecto corpore margaritam conspicuam.

QUESTIO XIV.

Quomodo Christus hoc convivium accepit, cum forte fuerit paratum de male acquisitis?

80. Hoc dubium movet Chryostomus bo- millia 31. in Matthaum, sic dicens. Et quibus quae tunc appesita erant, injuste, atque rapaciter fuerunt acquisita, non repellit tamen Dominus, sed assumptis ex illis, magnum enim lucrum oriebatur, & quinimo eodem ictu, eademque mensa cum peccatoribus vitur. Haec cerè bonum Medicum accenti qui nisi laborantium putredinem ferat, non potest eos à morbis liberare. Ubi videtur hoc referre ad Domini benignitatem, qui sustinet putredinem aegroti, ut eum ad sanitatem reducat.

81. Sed, ut jam supra notavi quast. 11. quamvis officium publicanorum esset valde periculosum, unde publicani male audiebant in populo, tamen omnia, quae ipsi congregaverant, non erant ex furto, ac rapina, nam vestigalia iuste exiguntur à Principibus, & ideo Christus Dominus jussit tributa dare Caesari, Matth. 22. n. 21. Quod corroboratur ex revelatione S. Brigitae relata q. 10. quod Matthaeus erat sollicitus de sua salute, & neminem fraudare voluit. Unde Chryostomus intelligendus, ut ait Toletus c. 5. Luc. ann. 57. de his, quae saepe contingunt, quia à publicanis ex male partis sunt sumptus.

82. Deinde esto concedas ex abundantia, illud convivium fuisse paratum ex mammona iniquitatis, Tamen Christo Domino licebat non tantum de bene, sed etiam de male partis edere, nam ipse cunctorum Dominus est, & ob suum universale dominium de omnibus potest disponere, & ea dare, & transferre, ut sibi placuerit, deinde ut praesentem difficultatem solvant Alb. Magn. & Salmeiron, licet salutis animarum incumbens, quod necessarium est dumtaxat ad victum sumere, tamen de mammona iniquitatis sit paratum, nam laborat, ut eum ad Deum trahat, & ut omnia male parta restituat. Quod si sint incerta debita, nec certos habeat dominos, quibus sint reddenda, ad Christum, ac ejus pauperes pertinent, & ad hunc sensum vult Salmeiron adducere Chryostomum, qui ait, magnum enim lucrum oriebatur. Vide citata verba.

QUESTIO XV.

Quare Christus accumbens in mensa trahat ad se peccatores, & publicanos, cum transiens vocaret Matthaum.

83. TRANSIENS Dominus vocat Matthaum, nam, ut dixi supra ex Chrysológus mente, non dixit Evangelista, cum staret ibi, sed transiit, & pertransiit. Non enim in limine sylvae in Evang. Tom. 11.

domus peccatoris poterat Dominus commorari ac stare, sed pertransiit, contra tamen hanc doctrinam ex praesenti textu magna infurgit ob- jectio. Nam Dominus discumbat in hoc convivio cum peccatoribus & publicanis, eos invitans, ac trahens ad se dicens: Misericordiam volo. Cur ergo transiens Matthaum vocat, sedens verò hoc ad se allicit, magnam differentiam ostendit? Dominus dum de bono communi, ac particulari agitur: nam de communi consulto, ac tanquam sedes pertractat. At de particulari, veluti casu, ac obiter pertransiens videtur ad illud attendere. Hinc est, quod turba multa publicanorum, ut ait Divus Lucas, in qua hominum communitas designabatur, sedente Domino invitatur, ac trahitur. At Matthaus, ut particularis homo, transeunte Christo vocatur, & adducitur.

84. Apparuit Dominus Moyse in flamma ignis in medio rubi, Exod. 3. num. 2. quod explicans Divus Basilius Magnus in c. 6. Isai ait Incumbat Deus uno loco, ait Moyses, Vadam, & videbo visum communi hanc magnam. Quae visio tantam voluptatem ei attulit, ut inde diceret, ut notant Theodoretus & Bedae, de particularibus, Offende mihi faciem tuam, Exod. 33. num. 13. Ut ejus votis Dominus annueret, ait ei, Stabis super petram, & cumque transiit gloria mea, & videbis posteriora mea, ibid. n. 22. Quare Dominus in rubo altissima mysteria Incarnationis, ac Passionis ostendens, immobilis, ac veluti defixus in uno loco se exhibet? Quando Moyses adhuc erat in exordio perfectionis vitae: At post longa merita, multiplicataque petitiones dum Dominus transit posteriora ejus videt, vis scire hujus rei causam; perpede, in rubo erat Dominus de communi populi libertate agens. Descendi, ut liberarem populum meum. At in Sina se exhibebat Moysi, ut amico & familiari suo; cum ergo de communi populi, salute esset negotium, incumbens Dominus plantae, & stans defixus in uno loco illud peragit, ac disponit; secus verò, cum ad particulares favores devenitur, non stat, sed transit gloria Domini, sicut D. Greg. Nyss. libro de vita Moysi. Vidi respicientem lucem divinam stantem in rubo, abiecit calcios, ut facilius ad lucem accederet, & in libertatem vendicavit suos. Et post pauca, Ardet desiderio videndi Deum, & pertransiens gloria Domini, permittitur ei aspicere posteriora ejus.

85. Duo celebres Principes, Dux Josue, & Rex Josue, Ezechias maxime nobilitati sunt à Deo, appositus Isai 38. signis in sole, nam ad vocem Josue cap. 10. num. 13. stetit Sol, ad stetit verò Ezechiae Regis, in signum suae salutis, ut ei dixit Isaias capite 39. num. 8. Reversus est Sol decem lineis, per gradus, quos descenderat. Cur in utroque casu demonstrat Deus tanta benignitatis signa, & non pari in modo Sol se praebet? Cur cum Josue stat immobilis in uno loco, cum Ezechia non permanet in uno gradu, sed per decem lineas revertitur? Sol stetit, ut pro salute totius Israel gloriosam victoriam assequeretur Josue, Revertitur verò, ut Ezechias fieret certus de sua salute, ac vita: ubi causa communis intercesserat: quiescente Sole benignitatis signum exprimitur; secus verò dum de particulari agebatur, incedente primo lumine incolunitatis salus demonstratur. Vide supra e. 3. num. 275 & 276.



Matth. 9. n. 11. Et videntes Pharisei dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester?

VERSIONES.

Vatablus. Cur cum publicanis, & peccatoribus sumit cibum præceptor vester.

Syriacus. Quare cum publicanis, flagitiosisque edit Magister vester?

ALTER TEXTUS.

Matth. 2. n. 16. Et Scribæ, & Pharisei videntes, quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magister vester?

Luc. 5. n. 30. Et murmurabant Pharisei, & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibit.

EXPOSITIO.

86. Tria respondeanda.

TRIA hic consideranda veniunt, calumniatores, & ad quos refertur calumnia, & ipsa obmurmuratio. Calumniatores, videntes Pharisei, quod Christus accumberet in mensa cum publicanis, & peccatoribus, & cum illis erat multa turba aliorum, & in illis erant Pharisei, qui de vitæ sanctitate gloriabantur, & etiam Marcus & Lucas adjungunt Scribas, qui de Scripturarum scientia inflati erant, velut zelo probitatis vitæ, & Scripturæ Christum calumniabant, moti ad hoc invidia, qua maxime cruciabantur ex operibus Christi, unde illum malignè obscurare intendebant, tum etiam commoti sua superbia, ut ait Abulensis 9. 52. ad ostendendum se Christo meliores, nam ipsi publicanos devitabant, quos Christus admittibat, & miser, & obsecrati Pharisei odio, & invidia, non considerant eximiam Christi charitatem, pietatē, ac mansuetudinem, sed tantum id, quod protervè intelligebant, unde ex sua mala affectione murmurationis materiam arripiebant.

87. Hæretici imbeciles querunt.

Secundò, apud quos ipsa calumnia defertur. Discipuli ejus, non dicunt Christo, sed discipulis ejus, & hoc clam, & absconditè, & ab ipso Domino, quia ejus infinita sapientiā timebant, quam multoties experti erant in suis calumniis refellendis. Unde discipulos petunt, tanquam adhuc rudes, & parum paratos ad respondendū, ut ita si fieri posset, eos à magistro abducant, &

avertant. In hoc diaboli artem tanquam ejus membra secuti, qui primò non Adamum, sed mulierē, ut rudiorem aggressus est, Chrylost. homil. 3. 1. notat Euhym. Vide autem, ait, quod quando discipuli peccare videntur, præceptor adversus illos dicunt: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbatis, quando verò præceptor, ut nunc apud discipulos illum calumniatur, dolosè agens. Phariseorum nequitia, Magistrum hic accusant apud discipulos, alibi verò, ad Magistrum dicunt. Quare nos, & Pharisei, jejunamus frequenter. Discipuli autem tui non jejunant. Et iterum. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Quando discipuli videbantur deliquisse, apud Magistrum eos deferunt, ut sic murmurandi, ac dissidia seminandi haberent occasiones.

D Chrylost. Euhym.

Discordia seminantes.

Tertiò, ipsa calumnia. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester. Sic etiam scribit Marcus, qui addidit, & bibit. Aliter verò hoc narrat Lucas referendo ad discipulos, sic scribit. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibit. Pharisei hæc omnia dixerunt, ut notant Abulensis 9. 56. & Toletus in S. Lucam n. 60. scilicet, Quare Magister vester, & vos manducatis. Tamen, ut ait D. Aug. lib. 2. de consensu Evang. c. 27. quòd duo priores Evangelistæ expellerunt solum Christum, quia calumniantium intentio præcipue intra illum erat. Dicebant, Quare cum publicanis, & peccatoribus. Phariseorum nequitia, ut notat D. Paschasius; qui alios peccatores, & Publicanos censebant, & se justos judicabant, & tamen illis frequenter ex Christi mensa recedebant justificati, & isti in sua malitia, ac obduratione remanebant obfirmati. Et dicunt, Magister vester, tanquam suggillantes, ac reprehendentes magistrum, & doctrinam, qui factò, & opere docebat, cum peccatoribus, & Publicanis manducandum. Perpende tamen cum Alberto Magno, quomodo isti Pharisei in suis cogitationibus decipiantur, nam in eo quod Christo detrahunt, inde maxime ejus misericordiam, ac benignitatem publicatam faciunt, quòd tales peccatores ad se recipiebat: ac admittibat.

88. Concordia Evangelistarum.

Abulens. Tolet.

Valde errant homines dum se judicant.

Albert. Mag.

Matth. 9. n. 12. At Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus Medico; sed malè habentibus.

VERSIONES.

Syriacus. Non indigent sani Medico, sed ij, qui malè affecti sunt.

Vatablus. Quod ubi Jesus audivit, dixit illis: Non opus habent hi, qui validi sunt Medico, sed qui malè habent.

Aria. Non usum habent Medico. D. Cyprian. Epist. Non est opus sanis Medico ad Ans. D. Gaud. co, sed malè habentibus.

Chryst. hom. 31. Non indigent valentes Medico, malè habentes

ALTER

ALTER TEXTUS.

Matth. 2. n. 17. Hoc audito Jesus ait illis, Non necesse habent sani Medico, sed qui malè habent.

Luc. 5. num. 31. Et respondens Jesus, dixit ad illos. Non egent, qui sani sunt, sed, qui malè habent.

EXPOSITIO.

89. Causa mali occurrēdam.

AVDIENS Jesus, vel sua infinita virtute, qua corda penetrat, vel etiam auditu corporis, quia propè erat, & ipsi Pharisei ira, ac odio commoti voces, comprimere non potuerunt, quin clamor ad aures Domini pervenisset, & non ad discipulos dixit, sed ad Phariseos, quia ab illis egressa fuerat murmuratio, & quamvis ipsi cum discipulis loquerentur, ut notat Abulensis 9. 58. Tamen Dominus causam suscepit, & pro eis respondet, quia res ista ad eum pertinebat, & quia discipuli adhuc indocti, & rudes, non nisi inconstanter, ac cum metu, & imperitè responderent: Non est opus valentibus Medico. Responderet Christus quadam parabolica figurâ se animarum Medicum declarans, nam corporum Medicus opus suum habet ad ægrotos, eisque mederi affectat. Ita cœlestis Medicus opus suum habet ad infirmitates spirituales, quales sunt peccatores, ut latius explicabo quæsiōne sequenti; nec mirum videatur quòd cum his sit in convivio, ut ait Chrystolog. serm. 29. Miraris Iudæ cur miscetur convivio, qui propter peccatores nasci voluit, & non recusavit occidi? Oblatas, cur peccatorum vinum bibat, què pro peccatoribus sanguinem suum fudit.

Chryst. quanta pro nobis fecit.

QUESTIO XVI.

Quare Christus dissipet calumniam Phariseorum, sumpta parabola ab ægris & benè valentibus?

90. Germana intelligentia.

GERMANA hujus intelligentia est, quòd sicut corporalis Medicus, suum opus habet circa languentes, eoque sanare maxime curat, & quanto magis infirmitate detenti, tanto magis eos ab ea liberare satagit, absque eo, quòd eorum morbis insiciatur. Cum ergo peccatores sint spiritualiter infirmi, nam vitia sunt morbus animæ; convenienter cœlestis Medicus, qui de cœlo ad terram venit, ut peccata depelleret, cum publicanis, ac peccatoribus conversatur, ut eos sanare valeat, absque eo, quòd eorum noxiis coinquinetur, ut ita munus suum adimpleat, ut ait Chrystost. hom. 31. de hac conversatione cum publicanis, Quare inquit, non procul à culpa tantum hæc esse ostendebat, sed principale propositum suum, & laude maxima dignum.

Chrystost.

91. Christus Medicus. Plal. 106.

Pro hujus communi solutione tria explicanda: Primò, quis sit Medicus; Secundò, ægroti; Tertio, sani; Medicus Christus Dominus. Plal. 106. n. 20. Sive in Evang. Tom. 11.

Misit verbum suum, & sanavit eos, Verbum, id est, filius, & Sap. 16. n. 12. Non herba sanavit eos, sed unus Domine sermo, id est, filius. Isai. 53. n. 4. Hilarius. Verè languores nostros ipse tulit. Infirmi, peccatores, & publicani, sani vero, Hilarius, Hieronym. Beda, Rabbanus, Albertus Magnus intelligunt ipsos Phariseos, qui per suam superbiam se sanos reputabant. Unde ait Albertus Magnus. Non est opus valentibus, id est, vobis, quod vos valere reputatis Apocal. 3. numero 3. Dicis, quòd dives sum, & locupletatus, & nullus ego, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Unde periculosissime vivit, qui ægrotat lethaliter & præsumit se sanum, & idèd Medicum non requirit. Hæc Albertus. Unde juxta Divum Hieronymum suggillat Dominus Phariseos, eo quòd Medicum contempnant, & laudat peccatores cum ipsum requirant. Alii per sanos intelligunt, justos cum Chrystostomo, quòd latius erit explicandum quæsi. 19.

Secundò. Responderet Divus Fulgentius Epistola 7. Quid autem aliud bis verbis agitur, nisi, ut omnipotentis Medici manus sub humana salutis effectus desperationis vitio repellatur; ipse quippe bendit, & Medicus ait: Non indigent qui sani sunt, Medico, dat hæcians Spiritus est Medicus, omnes potest infirmis sanare. Miro pietatis artificio responderet Dominus, non ait Phariseis, cur ita malè judicatis, cur ita obmurmuratis; sed apponit exemplum de Medico, ut ita calumniam depellat, & eis dat animum, ut ad ipsum convertantur, & veniant. Nam cum sit Medicus; infirmis se non negabit, ita reprehendit Christus, ut malum propulset, delinquentes non deterreat ab spe veniæ.

92. Fulgent.

Deus per hæc lores repræsentat.

dat hæcians ad conversionem.

Ex his ergo patet, quare Dominus veniebat ad convivia publicanorum, ut in præsentia difficultate ait Divus Paschasius libro 5. in Matthæum. Ostendit igitur Christus suis responsis, cur ad convivia peccatorum intravit: equidem non ut reciperet escas, verum ut præstaret misericordiam ministris. Intrabat Dominus ad convivium, veluti ad sumendas escas, & tamen cibos non quærebat, sed animarum salutem, & ad hoc præstandum tanquam Medicus se gerens, aliquando parumper infirmis se contemperabat, ac adaptabat, in convivio, ac conversatione cum eis agens, ut efficacius eos alliceret, ac attraheret ad viam salutis. Unde ait Chrystost. homilia 31. Hæc certè bonum Medicum decet, qui nisi laborantium puritatem ferat, non potest eos doloribus liberare. Vide supra cap. 3. n. 74. & cap. 5. numero 225. & cap. 14. numero 33. & cap. 26. n. 83. & 84.

93. Paschal.

Christus ut Medicus se attemperat ministris infirmis.

QUESTIO XVII.

Quare calumniantibus Phariseis respondeat Christus in convivio Matthæi, non verò dum ingreditur domum Zachæi?

DEUS Jesus hic in convivio Matthæi, & ingreditur domum Zachæi, in utroque casu calumniatur Pharisei, in convivio Matthæi, ut patet ex superiori textu. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester? De ingressu in domum Zachæi. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quòd ad hunc

94.

Ecc 2. minent